I. B. GRAMAYE
ANDOVERPENSIS
PRÆPOSITI ARNHEMENSIS,
SERENISSIMORVM PRINCIPVM ET PRO-
VINCIARVM BELGICARVM HISTORIO-
GRAPHI, ET PROFESSORIS ACADEMICI

Hiſtoriæ Namurcenſis Tomus II.

In quo breuiter Antiquitates Vrbis & Comitatus Namurcenſis deſcribuntur.



ANTVERPIAE,
Ex Officina Typographica Martini Nutii, ad inſigne
duarum Ciconiarum, M. DC. VII.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO EXCELLENTISSIMOQVE

CAROLO EGMONDÆ COMITI,

GAVERÆ PRINCIPI ALIBI ET ALIAS
Baroni & Dynaſtæ, Equiti aurei Velleris,
Vrbis Prouinciæque Namurcenſis Gubernatori, Domino & Mœcenati ſuo.

QVERCVS Deorum laurus Dearum Patrem coronat, placet Veneri myrthus, placat equus Neptunum: & ideo coronat, placet, placat, quia eorum hæc ſunt munera aut inuenta; & ideo inuenta, quia natura, qualitas, habitudo vtrorũq; ferè conueniunt. Namurcum ego tibi, Illuſtriſſime Comes, poſt Principem & Ordines, imò loco Principis & inter Ordines primo obtuli: & ideo tibi, quia illud tuæ deditum gloriæ, debitum virtuti, creditum fidei, & ideo deditum, debitum, creditum, quia eius conditio virtuti tuæ, virtus naturæ tuæ, natura for-

tunæ tuæ maximè cenſeatur conuenire. Regis Comitatum Comes, Principatum Princeps, nobilem nobilis. Repetit Namurcum gloriæ ſuæ fundamenta à Bauariæ, vos à Friſiæ Regibus: & quod illi Naymo, vobis præſtitit Adgyllis, eo felicioribus, quòd per maſculam ſtirpem Illuſtriſſimam annos propemodum mille propagaſtis, emenſiq; potiores Bataui æ titulos, Geldriæ coronam, Flandriæ gemmas, Hannoniæ decora veſtris inſerentes capitibus, raro ſucceſſionis tam continuatæ exemplo perſeueratis. Namurcum ſex produxit Cæſares, vos totidem aurei Velleris equites: Illud, licet omnibus bellis in anniuerſariam quodammodo calamitatum veniens communionem, tamen magno ſemper & erecto in Deũ & Principes animo & fidelitatis ab antiquo laudem ſibi tribuit, & quod è primis Reg. Cath. maieſtatis, poſt flebile Belgii naufragium, ad aſylum portúmque appulerit, honorem ſibi deberi gratulatur: Tu aliquanto maior ab iiſdem virtutibus redis, qui fidem Regi & Religioni ſemel datam,

datam, ratam habuiſti ſemper, capútque ſupra fortunæ nymbos, bellorum nebulas, temporum nubes in ipſum dirigens melioris famæ tabernaculum gloriam paucis communem reportaſti. Et quod aliis genus, gratia, fortuna, ſola hoc tibi (vt cætera deeßent) ſola virtus ſplendidum Illuſtris familiæ ſcrinium habitans ſubminiſtrat. Illuſtris familiæ dico; de qua tamen hîc nihil dicam, dicturus ampliter, vbi me hiſtoriarum curſus in Gaueram aut Egmondam detulerit. Virtutis hic locus, cui hæc mea ſeruit ſcriptio, ſubſeruit Namurcum. Delitias humani generis vocabant vulgus eum, qui Principis eſſe vt dicebat, ita docebat, neminem à ſe niſi lætum dimittere. Speculum Imperatorum vocarunt hiſtorici eum, qui indignum reputabat, Principem ſubditis ſuis vlla in re laudabili eßе inferiorem. Vtrumque ego iure de te dixero Ill. Princeps, qui eruditione, eloquentia, peregrinatione, rerum vſu, prudentia, virtute, & quicquid aliorum in Principem tradere ſolet imò poteſt, tantum

 profeciſti,

profeciſti vt palmam præcipias quibuſuis, & nihil non in te Principes admirentur, populus amet, omnes laudent. Ita viuis & viues longo patriæ bono. Ita vouet

Tuus, Illuſtriſsime Comes,

Aeternùm cliens

I. B. Gramaye.

AD

Digitized by Google

AD

AMPLISSIMVM

INCLYTÆ VRBIS NAMVR-

censis Senatum.

ECCE Namurcum labore & calamo meis,
Typo & prælo alienis ſcriptum,
Fauore & auxilio veſtro concinnatum,
Aere etiam veſtro in æs inciſum,
Cenſura etiam veſtra IV Eidus Sex. munitum:
Cùm ſcilicet aduerſaria, ſchedas, collecta mea
Cum archiuis, ſchœdis, Codicibus veſtris,
Qua eſtis humanitate,
Et in literas beneuolentiam,
Et in Patriam amore
Contuliſtis pleno probante Senatu.
Quo ego nomine gratias debeo & ago.

Deum-

Deumq́; præpotentem plena voce rogo,
Vos nobilitate, prudentia, induſtria
Magnos magnæ reipublicæ neceſſarios
Diu ſeruet, conſeruet, præſeruet.

Factum votúmque Louaniæ
ad Tylam ab I. B. G. P. H.

I. B.

Digitized by Google

I. B. GRAMAYE
ANDOVERPENSIS
HISTORIÆ NAMVRCENSIS
Tomus ſecundus,

In quo breuiter Antiquitates Vrbis & Comitatus Namurcenſis deſcribuntur.

Nomen. Sectio I.

NOMEN huius vrbis primò [a]Sedroch à cõditore, mox [b]Nemetocennam à Nemetum ad Sabin colonia, deniq; Namurcum fuiſſe volunt. Poſterius quod remanet nomen variè legi ſcribique veteribus obſeruo: [c]Namutum, [d]Namucum, [e]Neumurciam, [f]Namurtũ [g]Namurrã, [h]Namurcum, & Gallis Namu, Namur, Teutonibus Namen, Germanis Nhemen. Originationem & etymon aliter alii deducunt. Scriptorum pars ſanior reſtauratæ per Romanos aut certè Francos arci à [i] nouo muro nomen hæſiſſe credit. Memoriæ aliquot in-

Nieu-mure id ſignificat.

a *Lucius in Vita 4 regis Tungrenſis.*
b *Heuterus l. 1. ca. 16 de Veteri Belgio*
c *Harigerus in Vita D. Materni.*
d *Sigibertus ad an. 1095.*
e *Gul. Armoricus.*
f *Robertus continuator ad an. 1118.*
g *Hubertus Leodius.*
h *Vide titulos Comitum tomo I.*
i *Divaeus l. 2. Antiquitatum.*

 de

Digitized by Google

de dictam volunt, quòd iuxta Moſa Sabin accipiat. Nec deſunt[l] qui à Naymone Duce nũcupatum, aut idolis Nam & Murcia. Annales[m] à ſilentio Deaſtri Nam, Namuti appellationem induiſſe opinantur. Ego in tanta antiquitate nihil definio, ſatis habens ſcripta & ficta ab aliis recenſere, & Lectori iudicium ſuum relinquere.

Nemen ſonat accipere.

l *Chronica Leodicenſia.*

m *Leodicenſes cap. 21.*

Origo. Sectio 2.

ANte vrbem caſtrum fuit, ſiue illud ab 1 Aganippo Belgarum rege, ſiue à Burdegale Gallorum 2 Duce, ſiue à 3 Cambrone Tongrorum principe, ſiue à 4 Claudio aut Caio Romanorum Cæſaribus, ſiue ab 5 Anthonino Auguſto, ſiue ab Alberone 6 Clodii Criniti Frãcorum Principe, ſiue à 7 Naymone Bauarorum Duce (omnia enim hæc ſcribuntur) factum, refectum, perfectúmve.

Auctores harum opinionum laudaui in hiſtoria.

1 ſub Salomone.
2 ante Chriſtum an 200.
3 ante Chriſtum an. 150.
4 an. C. 23.
5. an. C. 152.
6 an. C. 466.
7. an. C. 900.

Cũ autẽ legamus *Pipini Ducis victoria apud Arcẽ Namurci*, Abbatiam Bronienſim *in vicinia caſtri Namurcenſis* ſitam ſcribi, diſcimus caſtri appellationem ferè vſque ad annum 1000 in vſu & ore fuiſſe. An autem caſtrum tamdiu ſolũ fuerit, an caſtri nomine, quod frequens, vrbs etiam intelligatur, non definio. Annales vrbẽ volunt.

Sigibertus ad annum 689. In diplomate Ottonis dato a. 932 pro Bronienſi Eccleſia.

Digitized by Google

Codex S. Laurentii hac fuſe recitat. volunt ſub tempora natalis Dominici latè ſe vltra mõtem Campiliæ & vſque ad vallem *Champeau.* nemoris Marlaniæ, loco qui hodiéque veterũ *les Vieulx murs* mænium nomen ſeruat, ſe extendiſſe.

Incrementum primum. Sectio 3.

Indiculus D. Archidiaconi Davvin C. autẽ Caligulam aut Claudium Cæſares oportuniori loco in proximã & ſubiacẽ- *anno C.39.* tẽ rupi vallem opidũ tranſtuliſſe. Secutos Comites & Principes etſi non dubitem aut muniiſſe aut auxiſſe aut deſtructam vrbem reparaſſe, tamen quia certi nihil apud ſcriptores inuenio, rem in medio relinquam. Et ſtatuam primum vrbis ambitũ intra Sabin & Moſam ad radices rupis, in qua caſtrum. Portarum extant monumenta quæ erant pontis Sabini. Pontis Moſani Burdealenſis & Heremi.

1 Aquis deiecta, demum reparata eſt; *anno 1410.*
2 Fornicato opere renouata legitur, *anno 1364.*
3 Similiter ſpecioſiore modo refecta, *anno 1409.*
4 Locus adhuc cernitur.

Ex rationibus opidi.

Incrementum alterum. Sectio 4.

Codex D. Crupetenſis hac deſcribit. PRoducta deinde Pomæria vltra Sabin ab Alberto primo, quod arbitror, ita vt mæ- *Sub annũ 1000.*

 nibus

Digitized by Google

nibus cõcluderentur Hoſdaniæ, Oultremontii, Seranii Toparcharum domicilia & locus S. Remigii, In cuius aditu porta de *Caius* appellata *port Gayet.* & iuxta foſſæ de *Fous* extant adhuc murorum reliquiæ, Inque foſſis nũc hoſpitiũ Domini deſclay & ædificia noua circa Hallam extructa ſunt frumentariam, & occupabant medietatem vici Viuorum vſque ad molendina Sabis. *la rue des Gifs.* Portæ erant imò ſunt adhuc *Hoyolenſis* à riuulo & loco ſuburbano dicta, *port d'Hoyoul.* quæ renouari cepta anno 1314, perfecta iterum anno 5393. *Ex rationibus opidi.* Saynealenſis correſpondens Sanſonenſi quæ nouo opere refecta. *anno 1393.* *anno 1393.* S. Albani quæ retro ædem illius Diui (quam alii ab Alberto 2 volũt incluſum mænibus) impetu aquarum deiecta pulchriori pegmate reſtituta. *anno 1064.* *anno 1409.* Cæterùm quando præciſè cepta & perfecta hæc opidi augmentatio, necdum ſcire mihi contigit, certus ſub Alberto 2 * cepiſſe, & perfectã fuiſſe. *anno 1213.*

**Ex diplomate anno 1213, Vbi S. Albanus citatur in opido.*

Nõ quòd aſſeram tum mænia perfecta, ſed foſſas duntaxat cum portis, cùm legam, Muros ductos à ponte Moſæ ad portam Iambenſem, *anno 1364.* A Turri de Miruoart ad Hoyolenſem. *anno 1385.* Et inde vſque ad fanum Diuæ virginis, *anno 1386.* Denique circa D. Virginis & Saynealenſem. *anno 1309.*

Vlti-

Vltimum Incrementum. Sectio 5.

VLtimum oppidi incrementum cepit au-
cto mirum in modum incolarum nu-
mero, cõcluſa mœnibus, quam iam inde Co-
mites libertate & priuilegiis donauerãt, noua
vrbe. Cuius portæ *D. Nicolai* à parochia vici- *anno 1415. & 1423.*
na, turri altiori ornata eleuataque. *Sanſonenſis* *anno 1413.*
à caſtro ad quod ducit ſimiliter excelſiori ſcę-
mate adornatæ. *Entrieuxenſis* à cauitatibus dicta *anno 1418. & 1425.*
etiam ſub idẽ tempus exaltata. Ceptum qui-
dẽ erat partim aquis partim bello deformatas
veterum murorum partes reficere antea: Sed *anno 1410.*
nouo conſilio reperi ceptum fodi ad produ- *anno 1414.*
cendum pomeria. Et quidem inter ſecundam *anno 1417.*
& tertiam portas factos muros. A tertia vſq; *anno 1439.*
ad turrim monetariam, & ſic deinceps. Ita vt
omnia facta refectaq; fuerint ad annum. *anno 1478.*
Porta autem verſus gryſeas ſorores poſterior
eſt à Theodorico Hannon conſule renouata. *anno 1579.*

Ornatus Exterior. Sectio 6.

DIctus Hannon propugnacula plura, quę
hodieq; conſpiciũtur, ad portas aliquot
aut fecit aut refecit. Illud quod maius vocant *anno 1515.*

factum. Ad decus vrbis faciunt turres, pontes
non contemnendi. Quorum hi præcipui:
Pons Sabis ab Alberto j ſtructus, poſt inun- *anno 1403.*
dationem refectus. Pons Moſæ vt aiunt à Bur-
galo illo fabuloſo ſtructus, Aliquoties repara- *anno 1409.*
tus. Pons ad Herbattas refectus, Lapideus *1452. 1565.*
iuxta D. virginis. Qui ad portas S. Albani & *anno 1505.*
Hoyolenſem. Turris S. Seruatii erigi cepta. *anno 1461.* *anno 1393.*
Vicina portæ Hoyolenſi. Quæ retro domos *anno 1385.*
d'Acoſſe & Sallet. Quæ nunc cis domũ Cro- *anno 1386.* *anno 1393.*
yacam. D. Ioannis ſiue magna ad Sabin. *anno 1409.* *anno 1447.*
Quæ ſupra Moſam cepta. Haſterienſis & *anno 1465.*
mohoienſis deiecta. Maſlanienſis & Doda- *anno 1430.* *anno 1425.*
nenſis perfectæ. S. Georgii apud Hoyolen- *anno 1475.* *anno 1456.*
ſem. Quæ iuxta portam Bouletenſem.
Et aliæ ſub idem tempus. Omnibus in
numerum venientibus licèt vulgo 7 habe-
re dicatur portas, tamen minoribus non
omiſſis portas habere dinoſcitur 6, turres in
mænibus vndecunque 34, plateas ......
fora rerum venalium 5, pontes 4.

Caſtrum. Sectio 7.

PRæcipua eius opera hæc ſunt. Caſtrum quod magnis & diu erſis gloriatur authoribus, in edita rupe loco naturæ genio admo-

dum

dum munito ſtructum, turrim habet in editiori montis cacumine, quam Burdegalenſem *Bourgal* vocant, & alteram habuit pronuper ſub & à Carolo 5 deſtructam Gayettæ nomine. Et *la Gayetta.* *Vide hiſtoria cap. 2. & 3.* volunt illam Burdegalis, de quo dixi in hiſto- *anno 1533.* ria, hanc Caii Cæſaris eſſe opus & monumentum. Qualiter auctum munitumque fuerit caſtrum apparet, tum ex ſtagno quod in eius altiori parte cõſpicitur, demum ex muris qui *Ex commentario D. Cronendalii.* tempore Maximiliani facti monſtrantur. Propugnacula 2 maiora per Seneſcallum Hanno- *anno 1548.* niæ tũ præfectũ perfecta, quę cũ murorũ parte *Ex inſignibus eius in muro.* ruinam minitantia, Dynaſta Barlemontanus *anno 1555.* reficienda curauit. Horologium quod in ca- *anno 1423.* *Diarium D. Grupet.* ſtro eſt factum cum campana barmali. In caſtro hoc Namurci Principes inaugurari antiquitus, habitari, Comitia celebrare, legatos excipere ſolent.

Opera Vrbis. Sectio 8.

AD vſus opidi publica ædificia ſunt. Curia vbi ſenatorum tribunal: Quod antiquitus in caſtro opinor fuiſſe, poſtea capitu- *Ex diplomate dato in capitulo a. 1213* lum D. Albani *ad petitionem villici & Scabinorum* *anno 1213.* *Namurcenſium conceſsit, vt ſuper allodium ſuum quod eſt iuxta ſanctum Remigium appentitium quoddam facerent, ſub quo propter iniurias aëris planta ſua quietius*

agere

agere poſſint. Sed cùm creſcente incolarum numero minus capax hic locus videretur, domum ampliorem in foro maximo ab Archimandritta Bronienſi coëmerũt, quam pulcro opere extruxerunt, & nuper domos eius proſpectum inpedientes amouerunt. *anno 1552.* *anno 1578.*

Halla frumentaria vetus per Chriſtophorũ Geiffier refecta. *anno 1560.* Macellum ſuperbo opere ad ripas fluminis ornatum. *anno 1580.* Curia Prouincialis Conſilii ex ædibus Domini de VVaiguy Prętoris Vrbani erecta. Palatium ex clauſtrorum D. Albani parte ſub Burgundiæ Principibus conſtitutum. Præcipuæ in opido viæ publicæ lapidibus ſtratæ. *anno 1353. & 1364.* Viridaria ſunt ad ambulationes oportuna duo maxima, quæ Herbattas vocant. Sunt denique hoſpitia præcipuarum in vicino Abbatiarum magnifica. Denique nobilium primæ notæ domus ſunt. Ita inuenio Croyacam, Daurianam, Spõtinẽſem, Marbaſienſem, Crupetenſem, Eſcluyenſem, Vitſlebiam, Oultremontanam, Duyenſem, Diuianam nominari.

Calamitates. Sectio 9.

A *Peſte* damnum ſenſit Vrbs notabile, Cũ tanta luis contages fuit, vt ſchola Maria- *anno 1500.*

na

Digitized by Google

Ex literis hac de re datis 3. Maii. *Ex chronico Gemblacẽſi.* *Ex inſcriptione porta apud Gryſeau.* *Ex tabula dedicationis ſacelli.* *Ex inſcriptione Crucis lapidea in ponte.* *Ex inſcriptione lapidis ad muros porta....*

na in cæmeterium conuerteretur. Iterumque
cùm abſumpta ſcribantur 25000, non paruo *anno 1455.*
multitudinis ciuium argumento. Deni-
que poſt cladem Gemblacenſem laboratum *anno 1578.*
Ab aquis. Cùm pons Moſæ disjiceretur. Cùm *anno 1175.*
molendinum Sabis cum ſacello deiectum, *anno 1410.*
Cùm exundans Hoyolapontem ſuum excuſ- *anno 1505.*
ſit. Cùm intumeſcens flumen ad medium
opidi vſque peruaſit magno ciuium malo.
Ab igne qui fortuitò plus 100 domos abſum- *anno 1147.*
pſit. Et iterum in arce magno damno fuit. *anno 1509.*

Seditiones. Sectio 10.

AB hoſte domeſtico de ſeditionibus ma-
lum obuenit. Aliquoties tẽpore Henrici *poſt annũ 1180.* *Vide hiſtoriam cap. 7.*
cæci cõtra Balduinum Hannoniæ Comitem.
Denique cùm irritati contra Martham Impe- *Vide eandẽ cap. 9.*
ratricem Henricum Lucenburgenſem aduo- *anno 1256.*
carunt, & eam eiecerunt. Iterũ cum ob graua-
mina ſolito maiora quidam nouis rebus ſtu-
dentes, iunctis ſibi 4 paribus prouinciæ, de a-
lio comite eligendo conſilium inierunt, ſed *Ex literis cõpoſitionis datis Mercurii poſt feſtum S. Nicolai.*
mox authoribus mulctatis ſedatur per Comi- *anno 1293.*
tem tumultus. Amplius cùm eadem propter
exaſperati ciues, abſente Comite, arcem & in *anno 1313.*
ea liberos eius obſidere non vererentur, Co-

CC mes

mes ab Hoyenſibus Spontinum tum obſidētibus opem petit, ſed negatam: quam impetrat à Loſſenſi Regulo. Qui ſemel iterumque vrbem oppugnans metu anxios coëgit Comiti ad pedes accidere. Arbitri Comes Loſſenſis, Ioannes Bellemontii, Ioannes Crepicordii, Gerardus Sottegemii, Iuſtinus Ligniaci dynaſtæ in rebelles animaduerterunt, & iuſſa ciuitas ingentem pecuniæ ſummam péndere.

Ex liberis datis hac de re ſabbatho ante exaltationem S. Crucis.

Deinceps factioſi quidam contra ius Comitis quædam Anachinati ſimiliter in ordinem redacti ſunt. Nec multo pòſt iunctis capitibus quidam nouarum rerum cupidi, neſcio quid molientès, Roberto Bellefortenſi Domino ſe credentes, Comiti ſunt conciliati.

Ex datis Martis poſt Andrea.

anno 1352.

Ex datis 20 Ianuarii.

anno 1371.

Controuerſias etiam vrbs habuit cum cænobio Salzinenſi, cuius fundum ſibi arrogabat, ſed compoſitæ res.

anno 1280.

Oppugnationes. Sectio II.

AB hoſte extremo, Vrbi malè fuit. Cùm oppugnata Arx à Geſtemaro à Pipino recuperata. Cùm à Barbaris Normanniſque tentata Gerardo Comite reſiſtente. Cùm obſeſſa Vrbs & capta cum caſtro à Balduino Hãnone, ius ſibi in Comitatu debitum negari indignan-

Author Sigibertus
Vide Hiſtoria cap 5.
Refert Guiſianus.

ſub an. 700.

anno 886.

anno 1188.

Digitized by Google

Teſtis Oudergeſtius.
dignante. Cùm alter Balduinus Imperator à *anno 1237.*
ſorore detentum expugnaret. Cùm aduocatus à ciuibus Henricus Luceburgenſis Martinę Imperatrici fruſtra ſe opponenti caſtrum eripuit. Sed mox Guidoni Flandriæ Regulo traditum. Cùm illud Toparcha Raueſteinii capto apud Brugas Maxæmiliano Cæſare occupauit, ſed cedere & reddere coactus ab ordinibus prouinciæ, qui de repente Valhainii Dinaſtam Baliuum ſuum aduocantes cum exercitu obſederunt, & ad deditionē cōpulerunt. Tentatum à Martino Roſſemio, ſed à Gubernatore inſigniter munitum defenſumque. Deditum Ioanni Auſtriaco Belgium tū procuranti, qui hinc militem ſuum in Brabantiā eduxit.

Teſtis I. Berſels in Luceburgicis. — *anno 1256.*

Heuterus in geſtis anni huius. — *anno 1488, feſto Aſſumptionis Virginis.*

anno 1542.

anno 1577. Vigilia D. Iacobi.

Raræ quædam. Sectio 12.

RAra quæ Namurci euenerunt ſunt. Cùm panis ſub cinere coctus ſanguinem ſtillaret. Cùm femina infantem bicipitem peperit. Cùm altera vno partu 7 maſculos edidit, quorum 6 ſuperuixerūt. Cùm ceruus pulcher per medium forum in ædem D. Virginis venit.

Ex Sigiberto — *anno 1095.*

Ex Roberto cōtinuatore. — *anno 1118.*

Ex Brucheri l. 1. c. 6. mirabilium. — *anno 1217.*

Ex indiculo veteri. — *anno 1360.*

Domini Maiores & Directi Namurcenſium. Sectio 13.

AD ciuitatem & rempublicam gradum facio. Et quidem inter Dominos primũ facio Cæſarem. Cuius beneficiarios fuiſſe veteres Comites, etſi non dubitem, tamen quia nihil certi hac de re traditum, ordiar à Balduino, qui beneficio Henrici 5 primus Marchio fuit. Secuti eum Comites apud Cæſarem non ſunt profeſſi clientelam. Gulielmus videtur morem reuexiſſe, qui Carolo Quarto Cæſari iuramentum præſtans, noua quædam ab eo conſecutus eſt priuilegia. Nec inuenio poſt eum vllos Imperatori iuramentũ dixiſſe. Secundum pono Franciæ Regem, cuius fiduciarii clientes fuerũt Comites vſque ad tempora Caroli magni. Tertiò Lotharingiæ Ducem, cuius poſtea ſubditi fuerunt, cùm legamus Gerardum Namurcenſem inter Comites Lotharingiæ, Suentebaldo rebellare, deinde videamus Albertum 1 vocari *Lotharienſem* abſolutè. Denique cùm legamus Henricum Loth. & Brabantiæ Ducem Cæſari Balduinũ marchionem appellanti reſtitiſſe, quòd diceret non licere intra limites Ducatus ſui nouã

Diploma Cæſaris datum Vigilia D. Martini. — *anno 1188.*

Diploma datũ ind. 15. 15 Cal. februa. — *anno 1362.*

Author fr. Roſieres.

Teſte Codice D. Albani.

Teſte VVaſſeburgenſi.

erigere

erigere dignitatem, ſe inuito. Quartò pono *Author Guiſianus & Meierus.* Comites Hanoniæ & Flandriæ, quorum Feudatarii fuerunt Comites, ex lege quam Philippo minorenni filio præſcripſit Balduinus pater. Factum id quidem tum à Philippo, qui Comitatum ſuum è fratris Balduini manu ſuſcepit, ſed an à ſucceſſoribus ſeruatum dubito. Certus Iohannem Aueſnenſem Hanoniæ Comitem, eo quòd Balduinus Imperator beneficium tempori profeſſus nō eſſet, à Gu- *Diploma Moguntiæ datum citat Meierus.* lielmo R. Romanorum per ſententiam obtinuiſſe Namurcum, *anno 1249.* Amplius tituli & ſententiæ huius vigore idem Comes Namurcum oppugnaturus, conuenit cum Luceburgenſi, *anno 1258.* contentus ſi is clientelam profiteretur. Suc- *Author Meierus & Bertels.* ceſſor huius Guido recuſauit, licèt iuſſus à Cæſare, Namurcum ab Hannone, quem ſe (erat enim Flandriæ inſuper Comes) inferiorem *anno 1283.* iudicabat releuare; filius tamen Guidonis à *anno 1307.* Gulielmo Hannone Comitatum ſuſcepit, idque vt à ſucceſſoribus fieret decreuit. Sed an *Ex diplomate dato Aquiſgrani.* factum ignoro. Certè non à Gulielmo Comite factum, qui Cæſarem agnouit, eique ſacramentum dixit. *anno 1362.* Quinto loco ſint Duces *Apud Henninges f. 449* Namurcenſes, cuius generis duas reperi in gēcis Comitum Hanauiēſium. Sed opinor vocari Duces, quia aut in bello aut alibi Ducis

dignitatem habentes Namurco præfuerunt.

Principes Namurci. Sectio 14.

SExtò Marchiones ſtatuo. Qui licèt vulgo ſcribantur Namurcum tenuiſſe à tempore Naymonis, vſque ad Ermengardis Lotharingicæ cum Namurcẽſi Principe matrimoniũ, tamẽ inchoare libet eos ab ęuo Balduini Hãnonis, qui ab Hẽrico 5 *Marchio Namuci & Princeps imperii* eſt renuntiatus. Quem titulum ſolum ſucceſſores vſurparũt, ferè, niſi quòd Balduinus imperator Comitis titulum ſubinde inueniatur adiecìſſe. Poſt Guidonem autem video vulgariter omiſſum Marchionis nomẽ, niſi cùm præſente Cæſare res actæ ſunt. Septimi ſint Comites, quo nomine ſolo ab omni antiquitate vſos inuenio Namurci Principes, & poſt Guidonis, vt dixi, æuum reſumpſiſſe video, poſt-habito Marchionis vocabulo. Omitto hîc Flamines, Dominos, Præfectos, & prætores Namurci ferè fabuloſos, de quibus in hiſtoria. Comites fuere primùm è Romanis. Demum è Francis Alberone natis. Poſtea è Durbutenſium Dynaſtarum ſtirpe. Tum ex Ardennæ & Moſellanis Dominis. Denique è Bauaris aut veriùs Francis. Tandẽ ex Hannoniæ

Hæc vide in tomo 1 in Titulis Comitum.

anno 1188.

Capp. 1. 2. 3.

vſque ad annum 400.

vſque ad annum 600.

vſque ad annum 700.

vſque ad annum 780.

vſque ad annum 1188.

Digitized by Google

nonniæ Comitibus. Mox è Flandriæ Regulis. Tandem ex Burgundiæ Ducibus. Ad extremum ex Auſtriæ Archiducibus.

Vſque ad annum 1258.
Vſque ad annum 1429.
Vſque ad annum 1478.

Palatinæ Dignitates. Sectio 15.

POſt & infra Comitem conſtituo triplici ſerie officiarios Comitis, Comitatus, opidi. In prima erunt *Magiſtri palatii*. qua dignitate functos inuenio Marbaſios, & neſcio an eadem ſit cum munere *Comitis ſtabuli*, quo etiamnum Marbaſii gloriantur. *Mariſcallus & Seneſcallus:* quales fuit Clarebaldus Alterinenſis. *Dapifer:* quo titulo gaudent Balaſtriæ Toparchæ. *Dapifer ſuperior:* qualis fuit Philippus de Fumále. *Camerarius:* qualis Ioannes de Goſue, núc Dominus de Scence. *Magnus venator*, quo titulo vſi auriani, núc gubernator iure gaudet. *Signifer* prouinciæ, qualis fuit in bello Brabantico Ioannes oultremontius. *Archicapellanus*, qui eſt præpoſitus S. Petri iam inde à Philippo Comitis æuo. *Archiconfeſſor*, iam inde à Godefridi tempore Comitis, abbas Floreſſiẽſis. M. Vinagiarius pontis Moſæ dignitas gentis Itteriæ & Riſſlartiæ: *Præfectus portæ Palatinæ*, munus à Balduino inſtitutum, à Guidone datũ Theodorico Foſſenſi. *Magnus* apparitor, munus gẽtis

Nomen inuento in diplo. Floreſſienſi.
Refert Codex feudorum.
anno 1326.
Coneſtable.
Pannetier
Souuerain Botteiller.
anno 1420.
anno 1421.
Chambelain.
anno 1302.
anno 1188.
inſtituta anno 1410.
anno 1246.

Digitized by Google

tis à S. Martino olim nuncupata. Æſtiua plurium Comitum Golſiniç, Hyberna Namurci, Nemus Comitis Marlania.

Gubernatores & Baiuliui. Sectio 16.

INter Comitatus Præfectos repono Gubernatorem, quem primi Burgundiæ Duces foris occupati & agentes conſtituerunt. Et eſt ſemper è prima nobilitate Principum Belgii, Comitis Vicarius. Et eſt quinque diſtinctorũ caput tribunalium, quibus tam per ſe quàm ſuos præſidet. Succedit Baliui ſupremi, quem prætorem prouinciæ dicas, munus, qui dictus olim abſolutè *Balinus*, poſtea *Balinus Comitatus*, ſub Guidone *M. Bailinus*, ſub Balduino Imperatore *Balinus præcipuus terræ Namurcenſis*, poſtea *Balinus ſuperior* aut ſupremus. Eius generis fuiſſe inuenio Ioannem Colon ſub Balduino Imperatore anño 1282 Muſardus. Henricus Spõtin poſt eum, anno 1340 Lambertus de la Natoye, Ioannes Libines anno 1347, Balduinus de Blehem anno 1363, Ioannes Rideau anno 1369, Godefridus de vil eques anno 1386, VVarnerus de Dauel anno 1390, Henricus de Boulau anno 1395, Ioannes de Selles eques anno 1412, Henricus de Dongelbiert anno 1418. Poſtea *Souuerain Bailly.*

ſub

Digitized by Google

ſub Philippo bono Henricus de Longchamp anno 1419, Guido de Tarpin eques Camerarius Ducis anno 1438, Balduinus de Humieres eques etiam Camerarius anno 1442. Cumque Dominus de Hornes D. Gaſbecæ anno 1466 fuiſſet Capitaneus generalis conſtitutus prouinciæ, anno 1471 abdicante Hugone de Humieres annexa Gubernatoris dignitati hæc dignitas. Quam obierunt Guide de Brimen Humbricurtii Dominus anno 147[illegible], Ioannes de Longchāp D. de VVines anno 1477, Philippus de Burgundia D. de Beuera anno 1478, Ioānes Chalonius Princeps Aurangiæ a 1481, Godefridus D' Eue tāquā Vicarius dicti Principis a. 1483, Iohannes de Bergis D. de VValhain a. 1486, Gulielmus de Croy D. Seruiæ a. 1503, Ioannes de Bergis D. de VValhain a. 1509, Anthoni⁹ marchio Bergarū ad Scaldim a. 1528, Theodorus Baro de Brandēborch ad tempus an. 1541, Petrus de VVerchia Seneſcallus Hānoniæ a. 1542, Petrus Erneſtus Comes Māsfeldiæ a. 1545, Henricus de VVittham D. de Berſel a. 1552. Philippus de Senſelles Vice-comes d' Aublaii ad tēp⁹ a 1554, Carol⁹ poſtea Comes de Barlaymont eques aurei velleris præfectus ærarii a. 1555. Ioānes de Burgundia D. Fromontii ab ordinibus ſtatutus an. 1576, Adrianus de Croy Comes Rodiēſis a. 1577, Carolus Comes

Barlamontii iterum & poſt eum Ægidius filius, anno 1578, & Florentius Barlamonti Comes, & inſuper Spinoii Princeps frater Ægidii anno 1579. Nunc dignitatem obit Carolus Gaueræ Princeps, Egmondæ Comes, cui genus à Friſiæ Regibus, nomen à felicioris diſtrictu Batauiæ, Maiores Gelriæ Duces, in Hollandia Comites, alibi Principes aut Dynaſtæ: Cui ab infantia in ſolis à pueritia eruditio, à iuuentute virtus bellica, à virili ætate rerũ vſu acquiſita prudentia. Vir inter noſtri æui Principes ab omni Heroicarum virtutum laude celendus.

Pares & Conſilium Prouinciæ. *Sectio 17.*

BAliuis ab antiquo aſſiſtere ſolent 10, vt alii 12 *pares caſtri Namurcenſis.* Hos non dubito à tempore Alberti fuiſſe, ſed conſtat non eoſdem, qui nunc pro talibus habentur, fuiſſe. Vnde Pollinacam, Faliſiam, Sorinas, Aſſeclam, Yvvaniam, Siclinium, Ohayam, Ligniacum, Fallemaniam legis Dominos habuiſſe pares Namurcenſes, cùm tamen modò hi tantùm numerentur Toparchæ de Syes, Andenarde, Obbais, Auelois, Hanii, Faulx, Boſſuti, Zetrudi, VVangæ, Bregnilerii. Hi ſolent antiquitus iudiciis

diciis præſidere, ad hos omnes Comitatꝰ cauſæ deuoluebantur, donec inſtitutum conſiliũ Prouinciale ſub Burgundis. Ioannes de Berghis Baliuus à cõſiliis habuit 4 Eccleſiaſticos, *anno 1491.* 6 ſeculares, (nunc poſteriores manent) & nomine ſigilloq; ſuis, quibuſcum pro tribunali ſedit. Regina autem Hungariæ Prę́ſidi & cõſiliariis 4 ſtipendia conſignans, authoritatem dedit cognoſcendi de omnibus via appellationis cõtrouerſiis, *anno 1551.* quod ſeruatur Gubernatore cauſas parium caſtri, feudorum, & Allodiorum, & perſonales nobilium prouincię ſolam cognoſcente. Præſidem nunc agit Petrus vã den Boſſche, vir prudentiæ Singularis. Huc etiam referendæ dignitates Receptoris generalis, qui ſub ſe 4 chartalarios Namurci, Sanſonis, Flæruci, & Bouinii, & ab annis 400 *Receptor Comitatus* dicebatur, eratq; ſecundus à Baliuo. *Charriers.* Eius eſt peculium Principis curare, & ſubeſt cameræ rationum Inſulenſi. Habet ad promouendum ius Principis Procuratorem generalem, atque hoc à Principum Burgundorum æuo.

Præfecti & Senatus opidi. Sectio 18.

ARci præeſſe ſolet ab antiquo Caſtellanus ius habens inter paucos 12 ſecuriferorũ. *barciers.* Dignitatem nunc obit idem qui gubernator eſt, & Vicarium habet eundemq́ue præfectũ præſidii caſtrenſis, quod munus ſub Carolo 5 inſtitutum & non niſi peritiſſimis quibuſq; commendari ſolitum inuenimus. Nunc eo fungitur Euerardus Syuerii Eques raræ vir experientiæ, qui q́ue Principi ætatem totã conſecrans poſt obita primæ notæ in bellis munia huc tranſlatus eſt. Inuenio antiquitus dignitatem *Decis cinium Namurcenſium*, ſimiliter *ſigniferi vrbani*: Deinde lego fuiſſe tres Horoſcopos, duos præcones villæ, quatuor clericos, quæ munerum nomina nunc in diſſuetudinẽ abierunt. Et duplex eſt ſenatus, veteris & nouæ vrbis, vterque prætore ſuo & 7 ſcabinis cõſtans. Nouam libertate & priuilegiis donauit Iolendis Comitiſſa, *confirmarunt ſecuti* Comites, Guido auxit. Veterem ab antiquo inueni ſeptenario numero ſenatum habuiſſe, cui iũctim cum prætore ius clauium oppidi demandatũ & iuriſdictio intra primum ab vrbe lapidem. Magiſtratus hic annuus eſt duntaxat, & conſtitui-

Citantur in diplomate D. Albani dato anno 1221.

Diploma datum 4 Maii.

anno 1284.

anno 1323.

ſtituitur deſtituiturque per Gubernatorē prouinciæ in peruigilio D. Andreæ. Sunt inſuper peculium oppidi procurantes, Quæſtores 2, quos conſules vocant, & olim electi vocabātur, eo quòd alter à populo alter à Baliuo ſupremo eligeretur. Dignitate horum primaria fungitur per ànnos plures I. Minetius vir prudentiæ experientiæque maximæ. Sunt & iurati 4, & referēdarius, quem prætorem fabrorum vocant; cuius eſt ad ſenatum referre ſententiam populi.

Bonegimaiſtres les eleux.

le maieur de feures.

Plebeius ordo. Sectio 19.

INter ciues inuenio veteres aliquot familias vrbanas olim in ſenatum cooptari frequēter ſolitas, & ſunt vel dicti à loco, vt Pontini, VVarſolienſes, Pontilachienſes, Martinēſes, Spinetenſes, Banduelenſes, Aſſonullenſes, Conolēſes, VVartaniēſes; vel ab euētu habitúve dicti Lōgini, Brachiati, Colliones, Macri, Farti, Strenii, Cōfeſſi, Honorati, Sagittarii, Collectores, Marcatores, Turrarii. Lectior autē pars ciuium nomina dare ſolet aut Collegio Sagittariorum per Guidonem Comitem inſtituto, aut Gladiatorum per Albertum Archiducem confirmato, aut Bombardariorum aut

Dupont, Fumale, VVarsfoul, Pontslache, Sainct Martin, Spinee, Bāduel, Aſſonuille, Corioul, VVartaing. Loignes, Brāc he, Collé, Smalkin, Farchis, Bonnan, Cōfeſſe, Honoré, Arbeleſtrier, Gaſſier, Marchant, Tourrier.

anno 1266.

 Rheto-

Digitized by Google

Rhetorum tempore Caroli 5 inſtitutis collegis. Vilior in certa opificum Collegia, è quorum ſingulis 4 eligi ſolent. Vnde Comes *aſſenſu Maioris, Scabinorum, iuratorum, & bonorum hominum 4 opificiorum ait ſe leges* præſcribere mercatoribus. *maiſtres de meſtiers.* *anno 1424.*

Monetaria. Sectio 20.

MOnetam ab antiquo Namurci fuiſſe diſco ex donationibus antiquis, vbi frequens mentio denarii Namurcenſis. Guido Comes Monetariis primus ampliſſima dedit *anno 1297.* priuilegia ad exemplum Pariſienſium. *Datũ 13. Maii.* Quæ reſtrinxit aliquantiſper Gulielmus ſucceſſor, *anno 1312.* confirmante id ipſum Gulielmo altero. *Datum 23. Aprilis.* Philippus autem bonus nouam cudere monetã *anno 1374.* conſenſu Ioannis Comitis cepit. Ante & circa nuperas Belgici turbas moneta ærea adhuc Namurci confecta, & certè ſunt ad hoc obligatæ ad cudendum certæ familiæ.

Namurcenſium Genius. Sectio 21.

CIues olim re lanaria quæſtum faciebant. Vulgari ioco deſcribuntur rudes ſed cordiales, vt ſic exprimam *rude & leal.* Rei bellicæ & virtutis opi-

Digitized by Google

opinionem apud exteros meruere. In cultu modeſti, in victu faciles, laborioſi, ſtaturæ & formæ mediocres. Opes poſſident non contemnendas, & pro opibus ſunt liberales, nec facilè genium defraudaturi. A litteris alieniores eos nō nemo notat, & ingenij magis mæchanici, quod equidem non obſeruo verum eſſe. Fateor quidem non eam fuiſſe olim doctorum copiam, quæ alibi, ſed vna ſuo defectum illum in vrbe iam abundè ſuppleri, in qua ex popularibus numeraui nunc ſuperſtites & habitantes vltra 25 iuriſconſulti titulo donatos, Nobilitate etiam forenſi, quæ ſe è ad Academias & bonarum literarum mercatum ablegatur.

Dies ſolennes Namurci. Sectio 22.

Libet hîc dies auſpiciales adjicere, quibus excepti ritu ſolenni aut inaugurati Comites aut aliud cum pompa actum. Balduino *a. 1188 in Octob.* Nobiliũ homagia in Herbatis excipiẽte, *in Maio anno 1196, aut 1197.* Cũ Hẽrico cæco iuſta fierent, *Kal. februarij anno 1196.* Philippo in D. Albani inaugurato, *feſto S. Dionyſij anno 1212.* Cũ ei iuſta fierent. Cũ Iolenthis in vrbem reciperetur. *...... an. 1212.* Guidone Flandro Namurcum veniente. *in Maio anno 1267.* Cùm Iohannes inueſtiretur à Patre. *anno 1297. in Decembri.* Cùm alter Iohannes à ciuibus recipe- *an 1330 Martis poſt inuocauit.*

Digitized by Google

reciperetur Guidone in Comitem aſſumpto, Cui eidem iuſta ſoluerētur, Philippo ex Norvvegia reduce, Gulielmo in D. Albani iurāte, & iuramentum renouante anno 1342, Cùm eius cadauer ſepulchro inferretur, Gulielmo filio in loco ſurrogato, Cùm eius defuncti exequiæ celebratæ, Ioanne in Comitē aſſumpto. Duce Anthonio cum vxore in vrbem venientibus, Philippo Burgundiæ Duce recepto, Ipſo cum vxore Namurcum delatis, Delphino Franciæ eòdem veniēte. Cùm inaugurati Carolus pugnax, Maxęmilianus, Philippus, Carolus 5, Philippus ſecundus, Albertus Archidux.

anno. 1335. 2. Maii. anno 1336. 12. Martii. anno 1336. 8. Nouemb. anno 1338. 8 Octobris. anno 1391. 3. Octobris. 1. Octobris anno 1392. 15. Februa. anno 1418. 11 Ianua. eodem. anno 1412. anno 1431. anno 1439. anno 1457. anno 1468. anno 1478. anno 1483. anno 1515. anno 1558. anno 1599.

Leges Namurcenſes. Sectio 23.

LEges Vrbis volūt ex veteribus regni Lótharienſis eſſe, redactas in ordinem ab Albertō 2, à Guidone auctas, à Gulielmo emēdatas. Conſuetudines per Philippum Regem renouatæ, Nundinæ annuæ celebrātur triduo ante natalitium Baptiſtæ, octiduo ante ferias Dionyſii & Clementis, & durant dies 17. Fora hebdomadatim ſunt diebus Saturni, Veneris, & Mercurii.

anno 1357. anno 1564.

Res

Digitized by Google

Res ſacra. Sectio 24.

QVo ad rem ſacram gaudeat meritò Namurcũ primitiis religionis Chriſtianæ, quam prima vrbium Belgici annunciante D. Materno Apoſtolorum Principis diſcipulo ſuſcepit, adeoq́ue per Martinum Comitis ſui filium 7 Tungrenſem Epiſcopũ latè per Haſbaniam propagauit. Idololatræ erant antea his locis, & Nam Deum Murciamq́; Deam profano ſacrificii genere venerabantur. Nam ego reor Neptunum eſſe, ſic dictum à ſorbẽdo ſiue deglutiendo; Murtia Dianæ cognomentũ eſt. Et bene loco huic inter ſyluas iuxta aquas hæc numina dedit Gentilitas. Quæ poſtquam extirpata eſt, nullis hæreſeon offuſcata peruerſitatibus, fides penes Namurcenſes perſeuerauit. Quorum Comites ad vnum omnes pietatem ſuam poſteris teſtatam reliquerunt, in opprimendis alibi ſchiſmatibus ſæpe occupati.

Cathedralis Namurci. Sectio 25.

Bulla data 4. Idus Maii CAthedralis Eccleſia Namurci eſt à Paulo 4 erecta, cuius Epiſcopo, exceptis pau- *anno 1559.*

 cis,

ciſ, incuria vt puto, præteritis pagis, paret tota Namurcenſis prouincia & Brabantia Gallicana, vrbes nimirum octo, pagi 164 in Brabantia, 183 in Namurceſio præter appendices. Cœnobia Benedictina 12, Ciſtertienſia 14, Præmõſtratenſia 5, Regularium canonicorum 3, Scholarium 1, D. Franciſci 3, Carmelitarum 1, Capucinorum 1, S. Trinitatis 2, S. Ioannis Ieroſol. commendariæ 2, Cruciferorum 1, Reginarum 3 Collegia, canonicorum 9 Canonicarũ nobilium 3, Hoſpitalia & Noſocomia 40, Venientibus in numerum etiam iis quæ nuper incorporata ſunt, aut etiam nunc propter iniuriam temporum deſierunt habere Congregationem religioſorum. Epiſcoporũ primus Antonius Hauechius S. T. Doctor ordinis D. Dominici, qui obiit, ſepultus in choro Eccleſiæ, vbi ſynodum primam diœceſanam celebrauit anno 1570. *anno 1578.* 2 Fráciſcus de VVallum-Capelle ex religioſa D. Franciſci vir pietatis merito ſummis imiſque acceptus *ob. an. 1592. ibidem ſepultus.* 3 Ioannes Daue ex conſiliario Mechlinienſi vir prudens & eruditus mortuus. *anno 1595. ibidẽ ſepul.* 4 Iacobus Blaſęus ordinis D. Franciſci, qui Andomaropolin ad Epiſcopatum alterum abiit, ſurrogatus eſt *anno 1601.* Fráciſcus Buyſeret Montenſis. S. T. Doctor ex Decano Metropolitanæ Cameracenſis & electo ibidẽ

Anti-

Antiſtite, bono dioceſeos & religionis huc tranſlatus. Qui inauguratus Montibus, Secūdo Epiſcopatus ſui anno Synodum dioceſanā indixit, vbi multa bene & prudenter ductu ſpiritus S. reformata & inſtitutum Niuellis auſpiciis eiuſdem ſeminarium dioceſanum. Deus ei longam & felicem vitam det. Huius de qua dixi Cathedralis Namurcenſis exordiū tale eſt. Oratorium erat inter illa naſcentis Eccleſiæ primordia, quod tradita per manus fides credit à Cornelio Papa dedicatum. Kalendis Septembribus. Fama habet fuiſſe antiquitus Virgines in vicino ſacra peragentes, ſed fama tantùm. Etſi enim tradunt quidam chronica, aſſerunt nonnulli antiquitatum inueſtigatores fuiſſe in Eccleſia ſarcophagum, qui titulum Abbatiſſæ ſancti Albani præferret, tamen ego non ſum facilis vt credam. Monachos & nigros .i. Benedictinos fuiſſe certum eſt. Quorum cùm diſciplina monaſticæ tepeſceret, & prouentus iniuria temporum deficerent, Albertus ſecūndus *dirutam Eccleſiolam reſtruit*, & loco monachorum canonicos ſubſtituit 12, quibus & ipſe & vxor Decimas alioſque prouentus aſſignauit. *Atque hæ ſunt præbendæ vnius inſtitutionis S. quinque aliæ ſunt alterius*, (credo ab aliquo ſucceſſore Alberti adiectæ.)

anno 1603.

Teſtis codex Vetus Euangeliorum S. Albani cui præfixa narratio ſic habet.

Ex tabula veteri ad latus chori ſuſpenſa.

Ex diplomate dato indict. 15.

anno 1047.

In diplomate Philippi Comitis dato anno 1207.

Digitized by Google

hæc ad verbum leguntur.

Ex inſcriptione in veteri choro.

quia autem inter 5 illas vna erat cæteris opibus & dignitate præſtantior, eam Balduinus Imperator diuidens ex vna duas fecit. Philippus autem Balduini ſucceſſor addito nouo choro Eccleſiam augens & totam reficiens, numerum canonicorum vſque ad 20 ſuppleuit, & addidit 20 Vicarios.
Eccleſia dedicata per Guidonem Card. Legatum ſanctæ Sedis. *Anno 1211.* Altaria & ſacella ferè Comites fundarũt certatim, nolentes Eccleſiã hanc ſuæ munificentiæ expertē. Godefridus a. 1116, Hēricus a. 1216, Iolēdis a. 1216, Gulielmus a. 1336, Luduuicus eius f a. 1370, Altaria quiſque fũdauit & dotauit. Vita horum Canonicorum ab ipſo fundationis exordio regularis fuit, quod docent clauſtrum, dormitoriũ, & alia arctioris diſciplinæ loca, quæ adhuc conſpiciuntur.
Cùm autem feruor ille primitiuus tepeſceret, bellorum, vt fit, iniuriis ſub Henrico cæco licentiorem vitam inducētibus, Guido legatus apoſtolicus & Antiſtes Prænestinus aſſenſu *Anno 1204.* Leodienſis Epiſcopi & Philippi Comitis aliquatenus repreſſit noxiam Canonicorum libertatem, & leges viuendi poſuit, aut veriùs repoſuit. Quæ ſeruatæ aliquam diu in deſuetudinem ierunt, maximè tempore bellorum ſub Balduino Imperatore. In hac Eccleſia octo Comites ſepulturæ locũ adepti ſunt, nobileſ-

Tenor literarũ ad longum extat in chronico Anſelmi Leodicenſis.

bileſque plures. Inter alios memoria dignus
Sepultus ante aram D. Nicolai. Nicolaus de Conde, Eques & Libertus de E- *obiit a. 1207.*
geſees magni Eccleſiæ benefactores. Sepultus
etiam hîc Ioannes Auſtriacus, qui poſt relatam
ab Agareno hoſte victoriam extinguẽdo or-
bis Belgici incendio miſſus, iámque recens à
triumpho Templutenſi diem ſupremũ obiit.
Tabulam altaris veterem Gulielmus 2. Comes
curauit. Altare ex nigro marmore cum Epi-
taphio Vicarius ad memoriam dicti Ioannis
Auſtriaci ſubſtituit. Supplicatio, quam vocát,
annua Namurcenſis cepta celebrari. Habént- *anno 1449.*
que Canonici diſtrictum ſuum, vt in eo tribu-
nal, minimè ſenatus vrbani dominiũ agnoſ-
cens, & conſtituitur cum Scabinis 7 Prætor,
Diploma datum a. 1159, & 1182, & 1270. idque ex priuilegio Alberti 2. confirmato per
Henricum cæcum, Balduinum primum. Au-
ctum per Guidonẽ & ſubſequentes Principes.
Theſauros habent incomparabiles pontificũ
Cæſarumque dono. Puta Stephani Papæ, (qui
& bibliothecam ſuam reliquiſſe perhibetur)
antequam ad apoſtolicæ dignitatis apicẽ eue-
Verba Codicis S. Albani heretur, *Scriniolum Hebenum ſanctorum reliquiis refertum.* Beneficio Leonis Papæ partem corpo-
ris S. Gerardi Trilonienſis Epiſcopi, vnà cum
Dalmatica qua pontifex vtebatur. Dono Lie-
dini Bicharienſis Epiſcopi partim corporum

D.Nicolai & Georgii. Miſit & Birantio Henricus Imperator *vas aureum pulcrum & preti ſum, in quo continebantur maxima pars de ligno Domini in modum crucis auro circumligata & ornata. Inſuper de ſacroſanctis reliquiis Imperialis palatii, de ſpinis coronæ Domini, de veſte purpurea, de pannis infantiæ, de linteo quo præcinxit ſe in cæna, de zona B. Mariæ, de capite B. Pauli & Iacobi.*

Verba Literarum anno 1205 in Martio, quæ appenſo plumbeo & ſerico purpureo aſſeruantur.

Niuelo etiã Sueſſionũ epiſcopus *pretioſum Chriſti ſanguinem à regia vrbe Conſtantinopoli allatum dedit.* anno 1205.

Diploma ſupereſt.

VVarnerus inſuper Abbas 3. Albani in Maguntia de capite S. Albani martyris miſit.

Superſunt literæ ſed ſine data.

Habent præterea ſudarium intinctum ſanguini Prothomartyris Stephani. Habent Altare minuſculum eleganti forma cõfectum ad morẽ priſcum. Habent & inſignes ſalutiferæ crucis partes, quas diebus Veneris populo præbent exoſculandas. Hæc ſacerrima pignora dum venerabũdus aſpexi, & antiquæ pietatis maieſtatem, & Principum nunquam ſatis laudatam munificentiam exoſculatus ſum. Viri clari in hoc capitulo fuerũt M. Maſius Decanus in conſilio Tridentino celebris. Ioannes Broſius ſimiliter Decanus ab eruditione celebris. Archidiaconum nunc agit I. Davvin I, Licent. vir pietate & eruditione clarus, cuius humanitate pluries me adiutum fateor.

Col-

Collegiata alia. Sectio 26.

SVccedat Collegiũ canonicorum D. Virginis vetus illud, & quod de præeminentia longo tempore cum D. Albani collegio certauit. Monſtrant enim altare & locum vbi S. Madernus conuerſioni infidelium operam dans rem diuinam peregit. Clericos habuit à Caroli M. æuo, quos in ordinem redegerunt ſecuti Leod. Epiſcopi. Stephanus autem Epiſcopus conſtituens 12 ſacellanos, Vicarios & conſultores Epiſcopi, totidem Eccleſiarum D. Virgini inſcriptarum. Abbates etiam Namurci 9 conſtituit clericos, præfecitque vnum Abbatem ſecularem, qui hoſpitalitatem curaret. Ex quo tempore manſit hic Abbatis ſecularis dignitas, qui & beneficia confert. Numerus autem Canonicorum auctus vſque ad 18. Quis autem dotator aut fundator præciſè ſciri nequit. Clauſtrum etiã & officinas olim habuerunt hi Canonici, & ſenatus erat reparare illa, ſicut & muros vicinos, viciſſim percipiens ratione ſingulorum ſepeliendorum vnum veterem groſſum. Cui iuri ob nimia grauamina ſenatus renuntiauit. Tertium eſt Canonicorũ ſancti Petri in caſtro Collegium. Cuius templum

ſub a. 920 (margin)

anno 1474 (margin)

plum extructũ occaſione capitis ſanctæ Pe-
Ex diplomate hac de re dato. tronellæ iſtuc delati. 12 canonicos cum præ- *anno 1202.*
poſito & cuſtode à prædiſceſſoribus ſuis fun-
datos teſtatur Philippus Comes, & ſe addit de-
cimam tertiam præbendam cum officio De-
canatus inſtituiſſe. Huius collegii etiam me-
minit dictum Guidonis legati diploma. Gu-
lielmus comes altare Deiparæ in eadem Ec- *anno 1347.*
cleſia inſtituit & dotat. Capitulum hoc au-
thoritate Pontificis ſuprà allegata vnitum eſt
Albanenſi ad dotandum 9 præbendas affectas
ſiue graduatas. Ex quo iam ante aliquot vires
inſignes ad famam venerant.

Parochia. Sectio 27.

PArochiales ſiue curam animarum habẽ-
tes Eccleſię in vrbe ſunt hæ: *D. Virginis* an-
tiquiſſima & prima opidi, quæ antiquitus ex
canonicis ſolet habere Paræcum, qui ad di-
ſtinctionẽ *canonicus inueſtitus* vocabatur. Viſi- *anno 1392.*
ſitatio vna Leodicenſis vocat *Plebanum*. Regi-
ſtra alia *Viciarcum*. *Ioannis Euangeliſtæ* annexa *anno 1493.*
capitulo Albanenſi in communionem mu-
nii paſtoralis aſſumpta poſt auctam vrbem.
Vbi titulo Virginis matris inſtituta ſacra ci-
uium confraternitas à Ioanne Papa 22 & con- *anno 1327.*
firmata

firmata & indulgentiis ornata, in qua nunc
haud pauciores mille confratres numerãtur.
Ex libello ſodalitatis per Paracum exhibito. *Sancti Lupi* parochia, Malonienſi Abbatiæ ca-
nonicorum regularium annexa, vbi ad ho-
norem D. Annæ inſtituta ciuium ſacra ſoda- *anno 1460*
Ex diplomate communicato per D. Franc. Renſonium Paracum. litas per Leodium Antiſtitem. *S. Ioannis Baptiſtæ*,
à 200 circiter annis in communionem
parochialis oneris aſſumpta, quæ in duplum
aucta anno 1501, nouiſſimè ſodalitio ſantiſſi-
mi ſacramenti & indulgẽtiis per Pium 4 or- *anno 1560.*
nata. *S. Nicolai in Harbattis* fundata, & ab Hen- *anno 1573.*
rico Antiſtite dicata.

Cœnobia virilia. Sectio 28.

NObilioris ſexus cænobia in vrbe ſunt:
Cruciferorum conuentus inſtitutus aut ve- *anno 1349.*
riùs inſtitui ceptus à quodã priuato. Coaluit
demum in formam cænobii, poſt reforma-
tionem authoritate capituli generalis intro- *anno 1416*
Ex teſtamento eius dato ind. 9. in Decembri. ductam. Huic cænobio relictum eſt Colle-
gium cruciferorum Louanienſe ab Philippo
de Volgaia nobili Zelando fundatum. *Franciſ-* *anno 1491.*
canorum, ſi non à Comite, certè auſpiciis Co- *anno 1432 aut vt alii 1335.*
mitis inſtitutum eſt cænobium. Cuius reli-
Teste verſu in vitrea Templi. gioſi obſeruantiæ inſtitutum amplexi ſunt, *anno 1490.*
hortante Margareta Caroli ducis vidua. In

Eccleſia ſepulti Comites duo, Luduuicus etiã Pettegenii & Ballioti D. Guidonis, Ioannis, Philippi Gulielmi Comitum frater, qui abſẽte fratre conſtitutus Namurci gubernator, in VVorucano prælio obiit, hic cum vxore Margareta de Haueſche Comitiſſa de Rouſſii tumulum habet cum filio naturali Almarico & Margareta nepte. Iacent hîc etiam Nobiles multi, qui locum pietatis nomine celebrẽ ſepulturæ ſuæ elegerunt. Numerum Religioſorum quinquagenario maiorem fuiſſe lego. Prodierũt hinc viri à fama & ſcriptis noti, Fr. VVallon-capellæ Epiſcopus 2 Namurcenſis, Henricus VVillot, cuius ex αἱOgdæas, ſermonum de venerabili ſacramento. Nicolaus Cardin aſſumptus in Abbatem Bronienſem. Capucinorum conuentus ſenatus & priuatorum munificentia conſtruitur, templum dicatum à Reue^mo^ Moderno, anno 1607 dominica 7 poſt Paſcha. anno 1371.

Cœnobia virginum. Sectio 29.

ALterius ſexus monaſteria ſunt: Beginagium à tenuibus initiis inchoatũ, & nuper annexum cœnobio Carmelitico 4. Quod Carmeliticum tali modo propagatũ eſt, Tradux anno 1231.

dux & colonia Bruſletenſis in Hannonia cæ-
nobii eſt Dionantenſe cænobium, quo per
iniurias temporum exuſtæ Virgines Namur- *anno 1467.*
Ex Archiuis cænobii per fr. Ioannem Dogium Confeſſoré. cum profugæ obtinuerũt facilè à Carolo Du-
ce & Luduuico Borbonio Epiſcopo Leodiẽſi
authoritatem conſtruendi monaſterium,
Litera amortizationis data in Augusto. *in fundo 2 Bonariorum ſito prope locum dictum prata
parua Harbatta infra ſecuritatẽ & vltimam Namur-
ci firmaturam.* Quod factum probabat Epiſco- *anno 1469.*
Litera data 3. Septembris pus Tricariẽſis, Sedis Apoſtolicæ legatus. Ca-
pitulum cum 4 periciclis clauſtri & cœmiterio *anno 1476.*
dedicatum. Templum autem Virgini matri
& Diuis Laurentio & Alberto inſcriptũ di- *anno 3476.*
catum à Darienſi Epiſcopo ordinis Carmeli-
tarum. Cænobium & ſitus & ſtructuræ & diſ-
ciplinæ titulo commendatur. Virgines nuper
à Generali ordinis reformatæ præter tres mo- *anno 1603.*
naſticæ religionis vota, clauſtri etiam perpe-
tui ſtabilitatem promittunt. Numero ſunt
34 lectiſſimæ virgines & famę optimæ, Patro-
numque habent Abbã Villarienſem, eo quòd
Situm erat vltra Moſã in ſuburbano. Hoſpitale S. Calixti, excipiendis Abbatiæ vil-
larienſis religioſis fundatum, procurante Frã- *anno 1260.*
cone Archimandrita dictarum virginum
Litera data 20 Nouemb. paupertatem leuaturo, incorporatum ſit di- *anno 1478.*
cto cænobio. Vitrea eſt in templo vna inſig-
nis retro aram primariam cum inſignibus

 Burgun-

Digitized by Google

Burgundicis & figura Ducis cum coniuge & verſibus his:

Vt ſis propitia, tibi do Virgo Maria
Renenſes mille, vt pater vouerat antè.
O Regina mater Saluatoris, natum tuum precare pro nobis.

Beginagium dependens à Capitulo ante annos 300 inchoatum conuenientibus in vnum virginibus aliquot. Gryſeæ, quas vocant, 3 D. Franciſci regulam amplexę Namurcum venerunt, quibus coëmpta domus ſtructumque cænobium cum templo. Noſocomium opidi maius ab omni ſcriptorum memoria fuit ſenſim piorum eleëmoſynis locupletatum. Hoſpitale D. Iacobi ſub Burgundiæ Principibus ad famam venit, aſpirante ciuium aliquot, qui Compoſtellam viſerant, munificentia. Beginagium Gryſearũ cum ſacella fundatum à Gertrude, relicta Nicolai du Pont; ſed cùm fundationi non fieret ſatis, Boneffienſi Abbatiæ cum oñere annexum eſt, eſtque nunc & fuit monachorum hoſpitium.

Ex communicatis per Virginum præfectũ.

anno 1498. *anno 1503.* *anno 1507.*

ſub a. 1315.

Ex literis Ludouici Epiſcopi.

anno 1467.

Sacella. Sectio 30.

SAcellum D. Iacobi in Caſtro à Philippo Comite ſtructum, à Guidone Epiſcopo dicatum. Sacellum in vico viuorum à Iacobo Bran-

anno 1205. *anno 1207.*

Ex miſſali antiquo, & ibi id propria Comitis manu annotatum,

Digitized by Google

Branche Receptore Comitis factum. *anno 1136.*

Viri clari Namurcenſes. Sectio 31.

NAtales ſuos debent Namurco: Viri ſanctitate & virtute clari pręter Comites & Imperatores Græciæ, qui hîc nati præſumũtur. Martinus 7 Epiſcopus Tongrenſium, Ioãnes Epiſcopus Braſarenſis; *anno 377.* Franco VVeſemalius ex impari matre Baronis VVeſemalii fr. bello ſtrenuus, & inter primos ſui temporis. *anno 1470.* Theologi, Petrus Broſius Doctor Sorbonicus. *anno 1256.* Iuriſperiti, Nicolaus Goubletius I.V. Doctor. *anno 1524.* *anno 1550.* Hiſtorici, Gerardus de Iacea Capellanus & Notari⁹ Capituli S. Albani, qui ſcripſit geſta Comitum. *anno 1525.* Anſelmus Decanus D. Mariæ & presbyter Can. Leodienſis, qui Leodicẽſem hiſtoriam ſcripſit. *Vixit an. 1400.*

Suburbanum. Sectio 32.

AB vrbe ad ſuburbanum progredior, & quacunque pedem porta effero, feriam offendo pietatem. Coronant vrbem veteris heremi totidem portis reſpondentes, quæ ſunt inſcripta D. Barbaræ Virgini, Martino Antiſtiti, Georgio Martyri, Salutiferæ Crucis,

 An-

Antonio Anachoretæ, Fiacro confeſſori, Huberto Epiſcopo. Quæ magno plebis cō-curſu tum aliàs tum maximè ſacra hebdomade viſuntur. Vicinior ſuperioribus S. Adriani à Moderno antiſtite dedicata eſt, Remotior S. *anno 1605.* Hilarii ſub Gulielmo 2. Comite conſecrata. Valetudinarium extra muros cum ſacello *anno 1153.* Henricus Epiſcopus benedixit. Leproſaria Guido Comes adornauit. Cætera vide in Præfectura Namurcenſis.

LECTOR

Digitized by Google

LECTOR AMICE,

Ne ſolicula aliquot ad calcem huius libelli vacua relinquerem, ſubjicio quædam mea poëmatia, diuerſis temporibus ad Nobiles quoſdam Comitatus Namurcenſis conſcripta.

Cænotaphium Baronis Florinenſis, Delegati Ordinum Namurcenſium, Ad Florentium Baronem filium.

LAtonæ geminos, Patrem, Matremq́ue Deorum
  Florenna exili conſepeliuit humo.
Vis loquar è plano? Labor atque ſcientia prudens,
  Maieſtas & opes contumulata iacent.
Sic eſt: nam Virtus, genius, fortuna Baronem
  Hunc reperere ſibi, vel peperere ſibi.
Florebas Florenna tui tutela Dynaſtę,
  Et Glymæorum nobile pignus eras.
Nunc tibi quos viuus Flores impertiit, illos
  Defuncti tumulo grata, memorq́ue refer.

Lachrimæ ad tumulum Gulielmi Carondeleti, Dynaſtæ Crupetenſis, VVauremontani, &c. ſub perſona Euphyli, Ad eiuſdem nominis Salriæ ad Sabinna Dominum.

LVgubres fundat Elegeia poſthuma verſus,
  Flore nigro, & foliis vincta, cupreſſe, tuis.
Manibus atra placent, Flores Heroibus, apta
  Cupreſſus foribus, propria vincla pyræ.
Vniparæ radicis onus, truncíque perennes,
  Et folium & ſtreperi ramus odoris amans
Cupreſſum tumulis conſecrauere, rogíque
  Feralis primum conſtituere decus.
Euphylus, heu! abiit nunquam rediturus; at vnum

Vnum,

Vnum, quod nunquam nomen abibit, habet.
Pande ſinus inſane dolor, lachrymaſque ſequaces
Porrige, & in malis ſtemmata pinge tua.
Eliciat gemitus oppreſſi anguſtia cordis,
Ejiciat fracto murmura miſta ſono.
Et ſi quæ lachrymis obſepta repagula ſicci
Gutturis euadat vox, ſapiat lachrymas.
Et ſapiat lachrymas, ſi quis titubante papyro
Errat, & in numeros ſpirat Apollo leues.
Euphylus occubuit. Quęnam, heu! iniuſſa feneſtras
Intrat, & ad cordis vox penetrale ruit?
Euphylus occubuit? Cęlo lachrymante ſecundùm
Deucalionęas terra timebit aquas.
Euphilus occubuit? in fletum ſoluere tellus,
Sylua, ager, & rutilo glauca Napęa ſinu.
Veſtri prima chori pars occidit; ille ſerenus,
Munificus, locuples, nobilis, & ſapiens.
Vellant purpureos Auguſtę frontis honores
Numina, quę magni Principis eſſe ſolent.
Veſter erat, veſtri decus immortale PalatI
Seu plaga Crupeti, ſeu Vaſremontis erat.
Nænia concinnent cum femineo vlulatu
Luſor & alba Venus, liber & alma Ceres.
Euphylus, heu! Cypriis Pythiiſque exercitus olim,
Legiferæ Bromio & ſæpe litare ſolet.
Aduolet & Genius, ſed fuſco præpetis alæ
Remigio, vt magnum ſtridor inane ſecat.
Et Regina Deûm pullo deformis amictu,
Pulſet inæquali compita lenta gradu.
Hæc repetat veteri quod nobilitate Dynaſtam
Perdiderit, clarum prædicet ille genus.
Aut ſi fortè loqui ſingultu vrgente negatum eſt,
Altera Auos, alter ſtemmata monſtret Auum.
Qualia Burgundi proceres nouêre, ſuoſque
Suſpicit in veteri gens Aquitana throno.
Qualia apud Leucos, & pulchri Haginonis in agro
Ad Sabin & Moſæ littora curua colunt.
Plora Phœbe pater, quod ſi plorare profanum eſt,
Ros pluat argenti, per caput atque genas.

Euphy-

Digitized by Google

Euphylus occubuit; tuus ille, in flore iuuentæ,
Delitium & Muſæ corque iecurque tuæ.
Flete bonæ Charites, ſaltem cryſtallinus humor
Impleat os niueum, ſi modò flere pudet.
Tuque Themis iuſto caue ſis dare frena dolori,
Tu Virtus oculos abjice, plange manu.
Euphylus occubuit, qui Diuûm hominumque voluptas,
Veſter alumnus erat, veſter amicus erat.
Patria ſoſpitibus abeuntem Heroa Camænis
Proſequere, ille Tuus quàm bene Tutor erat.
Et ſi plura loqui renuit glutinata palato
Lingua rudi, hoc ſaltem dixerit, Occubuit.
Hoc ſatis eſt, ſatis eſt laudum, ſi verba deeſſe
Confitear, lachrymis verba ſepulta ſuis.
Tu ſacer ordo precum tumulos cumulabis honore,
Hoſpes veſter erat ille, Patronus erat.
Sed quid poſco preces, date plauſum votaque; Cælos
Euphylus vna emptos integritate, colit.

Epitaphium Merodiæ nuptæ Vice-Comiti Deſclaii, in partu Namurci mortuæ.

THeatrum amoris, Margarita Virginum,
Speculum pudoris, Arcam continentiæ,
Formæ Decus, Morum Venuſtas; Scrinium
Prudentiæ, Flos generis, Exemplar thori
Iugalis, Integritatis officina, ſpes
Stirpis, Mariti adorea, lumen Domus,
Pietatis enutricia, gemmáque Charitum,
Laus nuptiarum, ſumma virtutum omnium.
Vis amplius dicam? Amplius tumulo hoc latet.
Merodia vna & vna Brandeburgico
Enupta Magno Magna, paruo hoc clauditur.
Me rodat inuidia odiumque, Merodiam
Niſi inuidia & odium Merum necauerit.
Inuidia & odium, inquam, Deûm immortalium.
Qui, ne pares ſibi pareret infantulos,
Venere erubeſcente ſuperis ſtupentibus,

Digitized by Google

Vnum, quod nunquam nomen abibit, habet.
Pande ſinus inſane dolor, lachrymaſque ſequaces
Porrige, & in malis ſtemmata pinge tua.
Eliciat gemitus oppreſſi anguſtia cordis,
Ejiciat fracto murmura miſta ſono.
Et ſi quæ lachrymis obſepta repagula ſicci
Gutturis euadat vox, ſapiat lachrymas.
Et ſapiat lachrymas, ſi quis titubante papyro
Errat, & in numeros ſpirat Apollo leues.
Euphylus occubuit. Quęnam, heu! iniuſſa feneſtras
Intrat, & ad cordis vox penetrale ruit?
Euphylus occubuit? Cęlo lachrymante ſecundùm
Deucalionęas terra timebit aquas.
Euphilus occubuit? in fletum ſoluere tellus,
Sylua, ager, & rutilo glauca Napęa ſinu.
Vęſtri prima chori pars occidit; ille ſerenus,
Munificus, locuples, nobilis, & ſapiens.
Vellant purpureos Auguſtę frontis honores
Numina, quę magni Principis eſſe ſolent.
Veſter erat, veſtri decus immortale PalatI
Seu plaga Crupeti, ſeu Vafremontis erat.
Nænia concinnent cum femineo vlulatu
Luſor & alba Venus, liber & alma Ceres.
Euphylus, heu! Cypriis Pythiiſque exercitus olim,
Legiferæ Bromio & ſæpe litare ſolet.
Aduolet & Genius, ſed fuſco præpetis alæ
Remigio, vt magnum ſtridor inane ſecat.
Et Regina Deûm pullo deformis amictu,
Pulſet inæquali compita lenta gradu.
Hæc repetat veteri quod nobilitate Dynaſtam
Perdiderit, clarum prædicet ille genus.
Aut ſi fortè loqui ſingultu vrgente negatum eſt,
Altera Auos, alter ſtemmata monſtret Auum.
Qualia Burgundi proceres nouêre, ſuoſque
Suſpicit in veteri gens Aquitana throno.
Qualia apud Leucos, & pulchri Haginonis in agro
Ad Sabin & Moſæ littora curua colunt.
Plora Phœbe pater, quod ſi plorare profanum eſt,
Ros pluat argenti, per caput atque genas.

Euphy-

Digitized by Google

Euphylus occubuit; tuus ille, in flore iuuentæ,
Delitium & Muſæ corque iecurque tuæ.
Flete bonæ Charites, ſaltem cryſtallinus humor
Impleat os niueum, ſi modò flere pudet.
Tuque Themis iuſto caue ſis dare frena dolori,
Tu Virtus oculos abjice, plange manu.
Euphylus occubuit, qui Diuûm hominumque voluptas,
Veſter alumnus erat, veſter amicus erat.
Patria ſoſpitibus abeuntem Heroa Camænis
Proſequere, ille Tuus quàm bene Tutor erat.
Et ſi plura loqui renuit glutinata palato
Lingua rudi, hoc ſaltem dixerit, Occubuit.
Hoc ſatis eſt, ſatis eſt laudum, ſi verba deeſſe
Confitear, lachrymis verba ſepulta ſuis.
Tu ſacer ordo precum tumulos cumulabis honore,
Hoſpes veſter erat ille, Patronus erat.
Sed quid poſco preces, date plauſum votaque; Cælos
Euphylus vna emptos integritate, colit.

Epitaphium Merodiæ nuptæ Vice-Comiti Deſclaii, in partu Namurci mortuæ.

THeatrum amoris, Margarita Virginum,
Speculum pudoris, Arcam continentiæ,
Formæ Decus, Morum Venuſtas; Scrinium
Prudentiæ, Flos generis, Exemplar thori
Iugalis; Integritatis officina, ſpes
Stirpis, Mariti adorea, lumen Domus,
Pietatis enutricia, gemmáque Charitum,
Laus nuptiarum, ſumma virtutum omnium.
Vis amplius dicam? Amplius tumulo hoc latet.
Merodia vna & vna Brandeburgico
Enupta Magno Magna, paruo hoc clauditur.
Me rodat inuidia odiumque, Merodiam
Niſi inuidia & odium Merum necauerit.
Inuidia & odium, inquam, Deûm immortalium.
Qui, ne pares ſibi pareret infantulos,
Venere erubeſcente ſuperis ſtupentibus,

Digitized by Google

Matrem futuram mortis ad curam trahunt.

In R. Merodii Baronis Frentziaci ex Paleſtina (quò iunior abiit) reditum Acclamatio Hendecaſyllaba.

Tandem reddere glorioſe Miles
Lubenti patriæ, Merodiámque
Inter ſydera tolle prima gentem,
Illuſter Iuuenis, tuo nec alter
Dignior Patre, ſtirpe, Auis, Amicis.
Tandem reddere Patrio Penati,
Poſt tot littora, tot ſinus, tot vrbes,
Emenſas, ſcopulos inhoſpitales,
Natantes pelago gemente terras,
Nutantes pelago fremente ripas.
Poſt immane furentis Agareni
Barbaris vada ſolibus peruſta,
Et ſceptrum Mahumetis inquieti.
Luſtratam ſolymam & Sacram Paleſten,
Et quæ limina Patris Æuiterni
Æquæuam ſobolem ſubiſſe conſtet,
Quæ calcaſſe, crucíſque poſt laborem
Inueniſſe ſuo locum ſopori.
Sacrati generoſe Eques ſepulchri
Tandem reddere Belgicoque cælo,
Belgicoque ſolo: quod in tuorum
Conſpirauit adoreas Parentum.
Quos Brabantia læta Marchiones
Vidit & Comites, videt Barones
Romani latus ImperI propinquum.
Tandem reddere nobili Namurco,
Quod te olim grauioribus Patronum
Curis accipiet, baſinque rerum
Agnoſcet referetque publicarum.
Tandem reddere nec larem paternum
Dedignare tuis proinde factis.
Prudentemque animi peritioris
Quæſitum experientia, vel vſu.

Neruum

Digitized by Google

Neruum intendere gentibus iuuandis.
Sic ſic vita comes, Deuſque proſper
Et virtus genitalis in nepotum
Ibit progeniem, Merodiumque
Inter aurea tollat aſtra nomen.

In VVarneri Dauriani Ordinum Namurcenſiū cum Barone Frentziaco hactenus Duumuiri nuptias cū Renata Dynaſtæ Fontanenſis filia, Merlemonte ad Ornum celebratas XVII. Kal. Nouembris, anno CIↃ. IↃC. VII.

VVArnere ſtirpis vltima Dauricæ
Spes, & propago fonte Domartio
Lati Garumnæ, fertiliſque
Littora per Sequanæ triumphans
Warnere gentis & procerum decus
Namurcicorum, ſiue ſiniſtrior
Obnubilata fronte triſtes
Sors triplicat maleſana rugas.
Siue hinc repulſa nube ſuauior
(Vrente qualis Cynthia ſyrio)
Criſtam ſerenat, aureoſque
Iactitat imperioſa montes
Tu ſanctioris anchora conſilI.
Reique fidus aduena publica,
Per nota dudum Daurianæ
Progrederis documenta ſtirpis.
Tales Parentes, Talis Auus fuit,
Suſpecti, amati, ciuibus, exteris.
Quêis per manus prudentiæ, atque
Integritatis opinionem
Ad abnepotes mittere mos fuit:
Ad abnepotes mittere laus fuit.
Idem tibi mos, lauſque; auiti
Degener haud tituli future.
Vnum deeſſe quod potuit tibi,

Digitized by Google

Vnum deeſſe quod doluit tibi
Felix Namurcum, fama narrat
Viribus obtinuiſſe totis.
Thoro colebas cœlibe Theſpias,
Et cum nouem Pæana ſororibus,
Deaſque ſyluarum, Deoſque,
Saltibus imperitare cæcis,
Quos fabularum prodiga mollium
Finxit vetuſtas. Res erat aurea,
Et vita præ Chroni beato
Sæpius imperio eligenda.
Sed poſterorum, ſed generis tui
Non vlla ſacro cura animo fuit,
Donec Venus (cæleſtis illa,
Non lubrici Dea fœda Cypri)
Mentem impuliſſe viſa fuit tuam,
Mentem impuliſſe gauiſa fuit tuam.
Pares paraſque nuptiali
Sit docilis thalamus Coræbo.
Diana, quamuis Virgo, facem mouet:
Muſæque flores, quamlibet innubæ:
Caſtæ licèt ſpirant Napææ
Oreades, Dryadeſque nardum.
Quando in Renata ſtemma renaſcier,
Et Dauriani ſpem generis vident,
Illuſtriumque prorogari
Stemmata imaginiſque Patrum.
Et quando Athenis Theſmophoreia ſunt:
Et Scenopeia ſeruat Hebraicum
Vulgus, Iouiſque fulminantis
Feſta colunt alacres Latini;
Tunc Merlemonti ſunt hymeneia,
Viri inter omnes, Nobiles & pii,
Doctique, qui piacularis
Fit Cereris, Iouis, & Iehouæ.
Age ergo felix mons mera cui volans
Sublime nomen hactenus indidit,
Applaude, nec te voce vincet
Suaue minuturiens aëdon.

Tuque

Digitized by Google

Tuque Orne ripas vndique futiles
Myrthis coronas vel Iouis arbore.
Nuptæque flagranti fragrantes
Clara roſas Roſinæa funde.
Ophana cantus Hanno-Brabanticos
Ter duplicata congeminet fide,
Et boſcus Apros & miniſtret
Corniger bona terga cerui.
Omnes in vnas omnia nuptias
Cantu atque voto perpete congerant,
Dicantque: Felix calculoque
Candidiore dies notandus,
Coniux marito gaudia quo ſuo,
Coniux maritæ gaudia quo ſuæ
Defert & auget nuptialis
Delitium geniale vincli.
Addant: In annos Neſtoris hic & hæc
Viuant, ſemel iuncti valeant ſimul.
Breuique creſcentes vtrique
Dent pueros ſimiles parenti.

Ad Claudium de Namur Duſii Toparcham de gente Namurcica Elogium.

PEr decus Hannoniæ, per ſtemmata Flandra Namurcum
Iuit, abiuit.
Per Burgundorum titulos, atque Auſtria ſceptra
Iuit, abiuit.
Namurci nomen, Namurci inſignia prima
Iuerunt, abierunt.
Namurci Comites, Comitumque ex ordine proles
Iuerunt, abierunt.
Solum in Namurco Duſium per ſecula bina
Eſtque fuitque.
Nomen Namurci ſolum atque inſignia prima
Sunt fueruntque.
Ergo in Namurco Duſium, in Duſioque Namurcum
Itque reditque?

Ergo Namurci ſtirpes, inſignia, nomen
Iuerunt redierunt?

De E. Siuerii Caſtro præſidioque Namurcenſi recens præfecto.

REx Equitem, Archique dux Chyliarcham te creat;erro
Illud virtuti debitum & hoc fidei.
Curæ Arx prima tuæ committitur. Eſt onus, inquis,
Atque honor eſt oneri, ſicut honori onus eſt.
Rem tanti tantum tanto vult credere Princeps,
Non aliter voluit, non aliter potuit.

Ad I. Marottium, Ernææ, Montiniaci, Engeſiæ, & alibi Dominum.

PEtis aliquot Muſæi mei quiſquilias tibi tranſſcribam, ego verò dum pugnantes cum tineis & blattis ſchædas, delicta iuuentutis, vt cum Theologis loquar, excutio,incido in lituras,litteras inquam, nec viſum quid aptius illud ad literatum. Vnum dolet, quòd non ad nobilem & magnum virum aliquid nobile & magnum mittere integrũ fuit. Quod tamen ipſum, quantulumcumque ſit, pro innata humanitate amplecteris, & in eo candorem meum.

An domus quia fert ſpeciem, princépſque ſororum eſt,
Propria dicta Deo eſt littera, ſacra Lari?
Lanigeri pecoris, & ſymbolon extat amoris.
Vox illud facit, hoc iunctio certa duûm.
Littera Iunonis, ſeu Cynthia, pronuba ſeu ſit.
Nempe facit Caias, cornua nempe facit.
Cur nota Patroni, atque eadem ſit nota clientis,
Quæris? Deuotum hunc exprimit, hunc famulum.
Neptuno placui, vitæ ſum ſacra, dolorique
In promptu cauſa eſt,dum incipis eſſe, gemis,
Auctor fammiliæ ſum, creditis. Aſſecla Martis
Sum, dicent, ferrum, flamma, fames, furiæ.
Eſſe voluptati ſacram Bacchóque fatentur
Glans, gula, cumque genis gaudia grata ſuis.

Spiri.

Spiritus, affectus, nota ponderis, & mola cæli
  Dicor, Mercurius, ſi rogo, teſtis erit.
Hanc Aſtræa ſuam atque ſuam concordia dicit,
  Nempe vna & ſimplex eſt vtriuſque nota.
Nequitiæ ſignum Græci fecere, Latinus
  Seruitii, inſcriptus dicet vtrumque Cilix.
Illa ego quam fures faciunt, recutitáque turba,
  Hic iubilatur enim, cùm iugulatur ibi.
Et mille & Mulier ſonat M, ſunt vtraque Magna,
  Et qualis numerus, talis ea eſſe cupit.
Nummus itemque nepos mihi ſcribitur, & bene: Nam hæres
  Corraſo fruitur nummulo, ouatque nepos.
Me neque fortior eſt, neque me perfectior vlla,
  Hoc Philos atque ſophos dixerit, illud equus
Prætor, plebs, populus, Patres, Præſulque Latinis
  Scribor, ſum Græcis res metuenda clepi.
Quid ſibi vult Q? quod modò tu. Vel littera quinta eſt,
  Quam tu ter quintam forſitan eſſe putas.
Mundi hominumque caput habeor, & pronubus iræ,
  Hoc catulus, illud Romaque Rexque docet.
Sum ſacra in fanis, in agro ſum ſparga veneni,
  Quid ſibi vult Orpheus? quid ſibi Mercurius?
Littera Chriſticolûm nunc eſt, Tutoribus olim
  Propria, nunc Tutrix Tau cui, tutus erit.
Scripta maritum & ſignificaui picta maritam,
  Connubium eſt vno vir muliérque thoro.
Eſt mihi forma crucis, eſt perfectæ Decadis vis,
  Perfecta eſt duplici ſub cruce noſtra ſalus.
Littera Pythagoræ diſcrimine ſecta bicorni
  Symbolon ætatis, & mihi finis erit.

VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google